

denardum, iudicium selectorum confessum propria autoritate consti-  
 re, tanquam reum, ut causam diceret, cogere, non respondentem  
 damnare, manu carnificis infami pegmate impositum et publico  
 spectaculo populi sui expositum capite (horresco hec referens)  
 cadendum, tandemque ne quid ad mortis infamiam deesset, stipitem  
 humiliorem et depressionem, quam reliquis noxiis poni solet,  
 statueret, ut sic prostrato, non ingeniculato cervix absunderetur.  
 Tandem totum recensui nefas: Ecce enim vel decies millenas he-  
 mi suo cervices post mortem inscriptis suis pestes illae hominum  
 optabant: ut totidem defecare possent, tanquam si decies millia ca-  
 pitalium criminum commisisset, pro quibus totidem capitalia suppli-  
 cia merito ipsi exhaurienda forent. Eheu! quo ruitis scelestissi-  
 mi bipedum? Hanc omnium scelerum colluvies in unum manipulum  
 hominum cecidit? Huccine omnis seculorum improbitas conflavit?  
 Certè, si quis ex primâ illâ veterum ruditate temporum, quibus  
 imperita mortalitas, sine more ac lege, ferino cultu debeat vi-  
 tam, et sola libidine regeretur, redisset ab inferis: aut si hodie quis  
 quam ex ultima orbis Barbaria, omnis ignarus juris, omnis ex-  
 pers religionis, nullâ unquam disciplina imbutus veniret, et tam  
 scelerata ac parricidalis cogitatione obligaret animum, consuetudi-  
 ni ac moribus patriæ facile acceptum ferretur. Jam verò  
 in tanta hac rerum notitia, in tantâ veritatis æterna luce, in  
 tam copiosâ equi boniq; scientiâ, quis sacrilegis istis ausibus  
 queri color, quis inveniri pretextus, vel à solertissimis homini-  
 bus possit? Usurpate, queso, oculis vestris hodie, venerandi Do-  
 mini Auditores, quæ olim audivistis? Nonne videmini vobis coram  
 videre, miserum illum Regem, casus sui haud ignarum, tanquam  
 latronem, tanquam sicarium, tanquam parricidam, tanquam  
 parricidam, tanquam tyrannum ante æmulum suam i. e. Regi-  
 am aulam, in infami pegmate positum, inter duos carnifices et qui-  
 dem larvatos constitutum? Talem videlicet inter larvatos misellum  
 Regem videre licet, quasi ad rem faceret, hoc illis reservatum esse,  
 ut personati starent, cum tot alii carnifices ore non tecto palam lo-  
 cum supplicii armis circumdatum custodirent. Porro, nonne vobis  
 debuc versantur ante oculos duo illi spiculatores, ex illorum nu-  
 mero sumpti, ut Regi amputaret caput, excubantibus ceteris,  
 quis tandem possit amputari? Eo nempe modo, quo nullus unquam Rex  
 capitis passus est, crudelissimus ac ultimus fru-  
 ente